rigida et obstipa, adducto fere vultu, plerumque tacitus, nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone eoque tardissimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. Quae omnia ingrata atque arrogantiae plena et animaduertit Augustus in eo et excusare temptauit saepe apud senatum ac populum professus « naturae vitia esse, non animi. » Valitudine prosperissima usus est, tempore quidem principatus paene toto prope inlaesa, quamuis a tricesimo aetatis anno arbitrato eam suo rexerit sine adiumento consiliorum medicorum.

LXIX. | Circa deos ac religiones negligentior, quippe addictus mathematicae plenusque persuasionis cuncta fato agi, tonitrua tamen praeter modum expauescebat et turbatiore caelo numquam non coronam lauream capite gestauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis.

LXX. | Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit. In oratione Latina secutus est Corvini Messalam, quem senem adulescens obseruarat. Sed adfectione et morositate nimia obscurabat stilum, ut aliquanto ex tempore quam a cura praestantior haberetur. Composuit et carmen lyricum, cuius est titulus « Conquestio de morte L. Caesaris. » Fecit et Graeca poemata imitatus Euphorionem et Rhianum et Parthenium, quibus poetis admodum delectatus scripta omnium et imagines publicis bibliothecis inter ueteres et praecipuos auctores dedicauit; et ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Maxime tamen curauit notitiam

Di solito camminava col collo rigido ed eretto e col volto spesso contratto, senza scambiare nessuna parola, o pochissime, anche con i suoi vicini, e comunque con estrema lentezza e non senza gesticolare mollemente con le dita.

Augusto si era accorto di tutti questi particolari sgradevoli e pieni di arroganza, e aveva spesso tentato di scusarlo in Senato, e davanti al popolo, dicendo: «Sono vizi della sua natura, non del suo animo!».

Ebbe una salute eccellente, e quasi sempre perfetta per tutta la durata del suo principato, benché fin dai trent'anni si fosse sempre comportato a modo suo, senza il consiglio né l'aiuto dei medici.

LXIX. Nei confronti degli dèi e della religione era piuttosto indifferente perché, dedito all'astrologia, era perfettamente convinto che ogni cosa vien mossa dal destino. Aveva però una paura eccessiva dei tuoni, e quando il cielo era coperto portava sempre in capo una corona di alloro, perché si dice che il fulmine non tocchi quelle foglie.

LXX. Coltivò con molta assiduità le arti liberali, sia greche che latine. Nell'oratoria latina seguì l'esempio di Messala Corvino, che aveva ammirato da ragazzo, quando era già molto vecchio. Però rendeva oscuro il proprio stile con l'affettazione e l'eccesso di pedanteria; infatti, si stimavano migliori i suoi discorsi estemporanei che non quelli preparati con cura.

Compose anche una lirica dal titolo: *Pianto sulla morte di Lucio Cesare* e scrisse qualche poesia in greco, a imitazione di Euforione, di Riano e di Partenio, che erano gli autori di cui maggiormente si dilettaua e le cui opere e immagini erano state fatte porre da lui nelle biblioteche pubbliche, assieme a quelle degli scrittori antichi e sommi. Per questo motivo, parecchi eruditi rivaleggiarono nel dedicargli i loro studi su quegli autori.

Ma, soprattutto, curò lo studio della mitologia fino alle

alii, in remissione fortuitae febris cibum desideranti negatum; nonnulli, puluimum iniectum, cum extractum sibi deficienti anulum mox resipiscens requisisset.

Seneca eum scribit intellecta defectione exemptum anulum quasi alicui traditurum parumper tenuisse, dein rursus aptasse digito et compressa sinistra manu iacuisse diu immobilem; subito uocatis ministris ac nemine respondente consurrexisse nec procul a lectulo deficientibus uiribus concidisse.

LXXIV. | Supremo natali suo Apollinem Temenitem et amplitudinis et artis eximiae, aduectum Syracusis ut in bibliotheca templi noui poneretur, uiderat per quietem affirmantem sibi non posse se ab ipso dedicari. Et ante paucos quam obiret dies, turris Phari terrae motu Capreis concidit. Ac Miseni cinis e fauilla et carbonibus ad calcificandum triclinium inlatis, extinctus iam et diu frigidus, exarsit repente prima uespera atque in multam noctem pertinaciter luxit.

LXXV. | Morte eius ita laetatus est populus, ut ad primum nuntium discurrentes pars « Tiberium in Tiberim! » clamitarent, pars Terram matrem deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent, alii uncum et Gemonias cadaueri minarentur, exacerbati super memoriam pristinae crudelitatis etiam recenti atrocitate. Nam cum senatus consulto cautum esset, ut poena damnatorum in decimum semper diem differretur, forte accidit ut quorundam supplicii dies esset, quo nuntiatum de Tiberio erat. Hos implorantis hominum fidem, quia absente adhuc Gaio nemo extabat

cibo quando si era abbassata la temperatura, gli fosse stato rifiutato; e altri pensano persino che sia stato soffocato con un cuscino quando, dopo essersi ripreso, aveva cercato l'anello che gli era stato tolto mentre era privo di sensi.

Seneca scrive che Tiberio, sentendosi morire, si era tolto l'anello, e che lo aveva tenuto un po' in mano, come se volesse darlo a qualcuno; poi se lo era infilato di nuovo al dito e, stretta la mano sinistra, era rimasto a lungo così, sdraiato e immobile; all'improvviso poi, essendosi messo a chiamare i servi e non avendo risposto nessuno, si era alzato e, mancategli le forze, era caduto morto vicino al letto.

LXXIV. Nell'ultimo suo compleanno, il simulacro di Apollo Temenite, opera eccelsa per bellezza e per mole, che Tiberio aveva preso a Siracusa per metterla nella biblioteca di un nuovo tempio, gli era apparso in sogno dicendogli che non avrebbe potuto essere dedicato da lui.

Pochi giorni prima della sua morte, la torre del Faro di Capri fu abbattuta da un terremoto, e a Miseno le braci e i carboni che avevano portato per scaldare il triclinio, già spenti e freddi da lungo tempo, al vespero si infiammarono improvvisamente, e continuarono a brillare senza sosta per gran parte della notte.

LXXV. Il popolo si rallegrò tanto della sua morte che la folla al primo annuncio si mise a correre da tutte le parti, e alcuni andavano gridando: «Tiberio al Tevere!», altri pregavano la Terra Madre e gli dèi Mani perché da morto non gli dessero altra sede se non tra gli empi, altri ancora minacciavano il suo cadavere dell'uncino e delle Gemonie, esacerbati, oltreché dal ricordo della vecchia empietà, anche da un'atrocità recente. Infatti, poiché un senatoconsulto aveva stabilito che l'esecuzione dei condannati venisse sempre differita di dieci giorni, accadde che per qualcuno il giorno del supplizio coincidesse con quello in cui era stata annunziata la morte di Tiberio. Mentre questi condannati imploravano pietà, perché in assenza di Caio, non c'era nessuno a cui si potessero

consulibus, qui iuxta cubabant, quidnam rideret blande quaerentibus : « Quid », inquit, « nisi uno meo nutu iugulari utrumque uestrum statim posse ? »

XXXIII. Inter uarios iocos, cum assistens simulacro Iouis Apellen tragocdum consulisset uter illi maior uideretur, cunctantem flagellis discidit conlaudans subinde uocem deprecantis quasi etiam in gemitu praedulcem. Quotiens uxoris uel amicae collum exoscularetur, addebat : « Tam bona ceruix simul ac iussero demetur. » Quin et subinde iactabat « exquiraturum se uel fidiculis de Caesonia sua, cur eam tanto opere diligeret. »

XXXIV. | Nec minore liuore ac malignitate quam superbia saeuitiaque paene aduersus omnis aeuī hominum genus grassatus est. Statuas uirorum inlustrium ab Augusto ex Capitolina area propter angustias in campum Martium conlatas ita subuertit atque disiecit, ut restitui saluis titulis non potuerint, uetuitque posthac uiuentium cuiquam usquam statuam aut imaginem nisi consulto et auctore se poni. [Cogitauit etiam de Homeri carminibus abolendis, « cur enim sibi non licere » dicens, « quod Platoni licuisset, qui eum e ciuitate, quam constituebat eiecerit ? » Sed et, Vergilii ac Titi Liui scripta et imagines paulum afuit quin ex omnibus bibliothecis amoueret, quorum alterum ut nullius ingenii minimaque doctrinae, alterum ut uerbosum in historia neglegentemque carpebat.] De iuris quoque consultis, quasi scientiae eorum omnem

visamente a ridere in modo assolutamente smodato, e avendogli chiesto i consoli che gli stavano accanto perché ridesse, rispose: «È solo al pensiero che, con un solo cenno del capo, potrei farvi gozzare immediatamente tutti e due!».

XXXIII. Ecco qualcuno dei suoi scherzi. Una volta, messosi accanto alla statua di Giove, aveva chiesto al tragico Apelle chi dei due gli sembrasse più grande; poiché questi sembrava esitare, lo fece immediatamente fustigare, lodando a varie riprese il tono della sua voce dolcissima anche nei gemiti.

Ogni volta che dava un bacio sul collo alla moglie o a una amica, aggiungeva queste parole: «Questa testa così bella cadrà appena ne darò l'ordine!».

E ripeteva spesso: «Ricorrerei persino alla tortura per sapere dalla mia Cesonia perché io l'ami tanto!».

XXXIV. Non meno per gelosia e per malvagità che per orgoglio e crudeltà se la prese con uomini di ogni età e di ogni epoca.

Fece abbattere e spezzare le statue degli uomini illustri che Augusto aveva trasferito dalla piazza del Campidoglio, ormai angusta, in Campo Marzio, e la distruzione fu tale che non si poterono più restaurare con le loro iscrizioni intere.

Vietò anche che si erigessero statue a persone viventi senza la sua autorizzazione preventiva.

Meditò di distruggere i poemi di Omero, e ripeteva: «Perché non dovrei comportarmi come Platone, che lo ha messo al bando dalla sua Repubblica?»

[Poco mancò che non facesse togliere da tutte le pubbliche biblioteche le opere e i ritratti di Virgilio e di Tito Livio, rimproverando al primo di non aver nessuna capacità e nessuna cultura, e al secondo di essere uno storico verboso e negligente.]

Parlando dei giuriconsulti, ebbe anche la pretesa di rendere inutile la loro scienza, e ripeteva spesso: «Per-

ut in contumeliam suam traheret, si cui alii loco uel iurgio obiectaretur; quamuis libello, quem « de cura capillorum » ad amicum edidit, haec etiam simul illum seque consolans inseruerit :

« Οὐχ ὄραται, οἷος κἀγὼ καλὸς τε μέγας τε ;
eadem me tamen manent capillorum fata, et forti animo fero comam in adulescentia senescentem. Scias nec gratius quicquam decore nec breuius. »

XIX. Laboris impatiens pedibus per urbem non temere ambulauit, in expeditione et agmine equo rarius, lectica assidue uectus est. Armorum nullo, sagittarum uel praecipuo studio tenebatur. Centenas uarii generis feras saepe in Albano secessu conficientem spectauere plèrique atque etiam ex industria ita quarundam capita figentem, ut duobus ictibus quasi cornua efficeret.

Nonnumquam in pueri procul stantis praebentisque pro scopo dispansam dexteræ manus palmam sagittas tanta arte derexit, ut omnes per interualla digitorum innocue euaderent.

XX. Liberalia studia imperii initio neglexit, quamquam bibliothecas incendio absumptas impensissime reparare curasset, exemplaribus undique petitis missisque Alexandream qui describerent emendarentque.

Numquam tamen aut historiae carminibusue noscendis operam ullam aut stilo uel necessario dedit. Praeter commentarios et acta Tiberi Caesaris nihil lectitabat; epistulas orationesque et edicta alieno formabat ingenio. Sermonis tamen nec inelegantis, dictorum interdum etiam notabilium : « Vellem », inquit, « tam for-

reputava un'offesa personale che questo difetto venisse rinfacciato anche a un altro, sia per scherzo che in qualche disputa. Tuttavia, su di un opuscolo intitolato *L'arte di conservare i capelli*, aveva scritto come dedica, nell'inviarlo a un amico, a consolazione di entrambi:

«Non vedi come sono bello e forte anch'io?¹⁵ Eppure i miei capelli hanno un ugual destino dei tuoi, e sopporto con animo forte di vederli invecchiare mentre sono ancora giovane; sappi che nulla è più grato ma anche più fugace della bellezza».

XIX. Intollerante della fatica, non passeggiava quasi mai a piedi per l'Urbe; durante le spedizioni, quando l'esercito era in marcia, raramente andava a cavallo, e il più delle volte si faceva portare in lettiga.

Non aveva nessuna abilità nel maneggio delle armi, eccetto che dell'arco, di cui era appassionato. Nella sua riserva vicino ad Alba, spesso parecchie persone lo videro uccidere centinaia di bestie diverse, e colpìne parecchie ad arte, con due frecce nel capo, in modo da imitare le corna. Talvolta un giovane schiavo, stando lontano, gli presentava come bersaglio la mano destra aperta, e Domiziano scoccava con tanta maestria le frecce, che le faceva passare tutte in mezzo alle dita, senza ferirlo.

XX. Dal giorno in cui aveva assunto l'impero trascurò gli studi liberali, benché avesse fatto ricostituire, con grandi spese, le biblioteche distrutte dagli incendi, ricercando dovunque gli esemplari e mandando gente ad Alessandria a copiare ed emendare i testi.

Non si dedicò mai né allo studio della storia né a quello della poesia, e non scriveva nemmeno quando era necessario. Leggeva soltanto gli atti e i commentari di Tiberio. Faceva scrivere da altri le proprie lettere, i propri discorsi e gli editti.

Eppure, la sua conversazione era elegante e talvolta rivelava una notevole arguzia. Una volta disse: «Vorrei

¹⁵ Omero, *Iliade*, XXI, 108.

De genere atque nominibus familiae Porciae.

[1] Cum in domus Tiberianae bibliotheca sederemus ego et Apollinaris Sulpicius et quidam alii mihi aut illi familiares, prolatus forte liber est ita inscriptus: M. Catonis Nepotis. [2] Tum quaeri coeptum est quisnam is fuisset M. Cato Nepos. [3] Atque ibi adulescens quispian, quod ex eius sermonibus coniectare potui, non abhorrens a litteris: «Hic – inquit – est M. Cato, non cognomento Nepos sed M. Catonis Censorii ex filio nepos, qui pater fuit M. Catonis praetorii viri qui bello civili Uticae necem sibi gladio manu sua conscivit, de cuius vita liber est M. Ciceronis qui inscribitur *laus Catonis*, quem in eodem libro idem Cicero pronepotem fuisse dicit M. Catonis Censorii. [4] Eius igitur quem Cicero laudavit, pater hic fuit M. Cato, cuius orationes feruntur inscriptae: M. Catonis Nepotis»¹.

[5] Tum Apollinaris, ut mos eius in reprehendendo fuit, placide admodum leniterque: «Laudo – inquit – te, mi fili, quod in tantula aetate, etiamsi hunc M. Catonem de quo nunc quaeritur quis fuerit ignoras, auditiuncula tamen quadam de Catonis familia aspersus es. [6] Non unus autem sed conplures M. illius Catonis Censorii nepotes fuerunt, geniti non eodem patre; [7] duos enim M. ille Cato qui et orator et censor fuit filios habuit et matribus diversos et aetatibus longe dispares. [8] Nam iam adulescente altero matre eius amissa ipse quoque iam multum senex Saloni clientis sui filiam virginem duxit in matrimonium, ex qua natus est ei M. Cato Salonianus; hoc enim illi cognomentum fuit a Salonio, patre matris, datum. [9] Ex maiore autem Catonis filio, qui praetor designatus patre vivo mortuus est et egregios *de iuris disciplina* libros reliquit, nascitur hic de quo quaeritur M. Cato M. filius M. nepos. [10] Is satis vehemens orator fuit multasque orationes ad exemplum avi scriptas reliquit et consul cum Q. Marcio Rege

¹. Cfr. CICERONE, p. 168 Puccioni. Questa *Laus Catonis* è tra le opere perdute di Cicerone.

Stirpe e nomi della famiglia Porcia.

[1] Stavamo un giorno, io, Sulpicio Apollinare e alcuni altri amici miei e suoi, nella biblioteca del palazzo di Tiberio, e caso volle che ci fosse portato un libro di cui figurava autore Marco Catone Nipote: [2] si cominciò a discutere chi mai fosse questo Marco Catone Nipote. [3] Intervenne allora un giovane, tutt'altro che sprovveduto, a quanto potevo capire dai suoi discorsi, in fatto di cultura: «Si tratta – disse – di un Marco Catone detto Nipote non di cognome ma perché effettivamente era nipote di Marco Catone il Censore, attraverso il figlio di costui; egli fu a sua volta il padre di quel Marco Catone che ricoprì la carica di pretore, che nella guerra civile si diede la morte di propria mano, con la spada, in Utica, e la cui vita è oggetto del libro di Marco Cicerone intitolato *Elogio di Catone*; e Cicerone, in questo libro, lo dice appunto pronipote di Marco Catone il Censore. [4] Il nostro Marco Catone, le cui orazioni sono tramandate sotto il nome di Marco Catone Nipote, è dunque padre del personaggio elogiato da Cicerone»¹.

[5] Apollinare replicò con molto garbo e pacatezza, com'era solito fare quando criticava: «Mi congratulo con te, figliolo, che pur così giovane, e anche se il Marco Catone su cui si sta indagando non lo conosci, tuttavia una certa infarinatura sulla famiglia di Catone la possiedi. [6] Senonché, non uno solo ma parecchi furono i nipoti di Marco Catone il Censore, generati non dal medesimo padre; [7] perché il Marco Catone che fu oratore e censore ebbe due figli, di diverso letto e assai distanti d'età: [8] uno era già adolescente e aveva perso la madre quando Catone, ormai molto avanti anche lui con gli anni, sposò la giovane figlia del suo cliente Salonio, dalla quale ebbe Marco Catone Saloniano; questo cognome gli fu dato appunto dal nome del padre di sua madre, Salonio. [9] Dal figlio maggiore di Catone, che morì, ancora vivo il padre, quand'era pretore designato e lasciò due eccellenti libri *Sulla scienza giuridica*, nasce il Marco Catone di cui stiamo trattando, figlio di Marco e nipote di Marco. [10] Fu oratore molto vigoroso, lasciò parecchie orazioni sullo stesso stile del nonno, fu console insieme con

Aulo Gellio, *Le notti attiche*, a cura di G. Bernardi Perini,
II, Torino 1992, pp. 976-977; 1166-1167

Quid significet et quid a nostris appellatum sit quod «axioma» dialectici dicunt; et quaedam alia quae prima in disciplina dialectica traduntur.

[1] Cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necessus fuit adire atque cognoscere quas vocant dialectici εἰσαγωγάς¹. [2] Tum, quia in primo περὶ ἀξιωμαίων discendum, quae M. Varro alias «profata», alias «proloquia» appellat², *commentarium de proloquiis* L. Aelii, docti hominis, qui magister Varronis fuit, studiose quaesivimus eumque in Pacis bibliotheca repertum legimus³. [3] Sed in eo nihil edocenter neque ad instituendum explanate scriptum est, fecissequē videtur eum librum Aelius sui magis admonendi quam aliorum docendi gratia⁴.

[4] Redimus igitur necessario ad Graecos libros. Ex quibus accepimus ἀξιωμα esse his verbis: λεχτὸν αὐτοτελὲς ἀπόφαντον ὅσον ἐφ' αὐτῷ⁵. [5] Hoc ego supersedi vertere, quia novis et inconditis vocibus utendum fuit, quas pati aures per insolentiam vix possent. [6] Sed M. Varro in libro *de lingua Latina* ad Ciceronem quarto vicesimo expeditissime ita finit: «Proloquium est sententia in qua nihil desideratur»⁶.

[7] Erit autem planius quid istud sit, si exemplum eius dixerimus. Ἀξιωμα igitur, sive id «proloquium» dicere placet, huiusmodi est: «Hannibal Poenus fuit»; «Scipio Numantiam delavit»; «Milo caedis damnatus est»; «neque bonum est voluptas neque malum»; [8] et omnino, quicquid ita dicitur plena atque perfecta verborum sententia, ut id necesse sit aut verum aut falsum esse, id a dialecticis ἀξιωμα⁷ appellatum est, a M. Varrone, sicuti dixi, «proloquium», a M. autem Cicerone «pro-

1. Cioè nozioni introduttive, propedeutiche. Tutto il capitolo di Gellio riguarda la terminologia della logica stoica, risalente a CRISIPPO; di cui cfr., qui e più sotto, II, fr. 193 Arnim; e su tutta la materia v. B. MATES, *Stoic Logic*, Berkeley-Los Angeles, 1961. V. anche Carmen JOHANSON-D. LONDEY, *Cicero on Propositions: Academica II 95, «Mnemosyne»* 1988, pp. 325-332.

2. VARRONE, fr. 22 Funaioli. Si tratta di sinonimi per «proposizione» o «enunciato» (letteralmente: «i pronunciati»).

3. Biblioteca nel *Forum Pacis* eretto da Vespasiano.

4. STILONE, test. 19 Funaioli.

5. CRISIPPO, fr. citato (v. nota 1).

Significato di ciò che i dialettici chiamano «assioma», e sua resa in latino. Alcuni altri principi elementari della scienza dialettica.

[1] Volendo introdurci e istruirci nelle discipline dialettiche ci fu necessario affrontare e apprendere quelle che i dialettici chiamano «isagoge»¹. [2] E poiché occorre in primo luogo imparare che cosa sono gli «assiomi», quelli cioè che Marco Varrone chiama ora *profata* ora *proloquia*², ci premurammo di cercare il *Commentario sulle proposizioni* dell'erudito Lucio Elio, che di Varrone fu maestro: lo trovammo e lo leggemo nella biblioteca della Pace³. [3] Ma in quest'opera non c'è niente di didattico, niente che abbia la chiarezza dei trattati elementari; è evidente che Elio scrisse quel libro più per suo personale riferimento che per istruire dei lettori⁴.

[4] Così fu giocoforza rivolgerci a opere greche. Da esse abbiamo ricavato questa definizione di assioma: «Enunciato autosufficiente che si dichiara da sé»⁵. [5] Io rinuncio a tradurre: bisognerebbe ricorrere a espressioni nuove e ineleganti, di una stranezza che le orecchie stenterebbero a sopportare. [6] Invece Marco Varrone, nel XXIV libro dell'opera *Sulla lingua latina* dedicata a Cicerone, dà questa semplicissima definizione: «La proposizione è un enunciato che non lascia nulla a desiderare»⁶.

[7] La spiegazione sarà più chiara se ne daremo un esempio. Un assioma, o «proposizione» che dir si voglia, è fatto così: «Annibale era cartaginese», «Scipione distrusse Numanzia», «Milone fu condannato per omicidio», «il piacere non è né un bene né un male»; [8] insomma, tutto ciò che viene enunciato con parole pienamente e compiutamente sensate in modo che ne risulti necessariamente che o è vero o è falso, i dialettici lo chiamano «assioma»⁷, Marco Varrone, come dicevamo, *proloquium*, Marco Cicerone invece *pronuntiatum*: egli però dichia-

6. VARRONE, v. nota 2. Tutto il testo che segue, fino al § 14 ed esclusa l'inserzione ciceroniana, viene ritenuto varroniano.

7. CRISIPPO, fr. citato (v. nota 1).

Scriptores Historiae Augustae, *Tacitus*

VIII. 1 ac ne quis me temere Graecorum alicui Latinorumve aestimet credidisse, habet in bibliotheca Ulpia in armario sexto librum elephantinum, in quo hoc senatus consultum perscriptum est, cui Tacitus ipse manu sua subscripsit. 2 nam diu haec senatus consulta, quae ad principes pertinebant, in libris elephantinis scribebantur.

Nos tamen rectam comite arte proram,
nil tumescentes veriti procellas,
sistimus portu, geminae potiti
fronde coronae, 20
Quam mihi indulsit populus Quirini,
blattifer vel quam tribuit senatus,
quam peritorum dedit ordo consors
iudiciorum,
Cum meis poni statuam perennem 25
Nerva Traianus titulis videret,
inter auctores utriusque fixam
bybliothecae;
Quamque post, visus prope, post bilustre 30
tempus accepi, capiens honorem,
qui patrum ac plebis simul unus olim
iura gubernat.

sub nominibus apostolorum ab haereticis proferuntur, quae omnia sub nomine apocryphorum auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt.

III. DE BIBLIOTHECIS.

[1] Bibliotheca a Graeco nomen accepit, eo quod ibi recondantur libri. Nam βιβλίον librorum, θήκη repositio interpretatur. [2] Bibliothecam Veteris Testamenti Esdras scriba post incensam Legem a Chaldaeis, dum Iudaei regressi fuissent in Hierusalem, divino afflatus Spiritu reparavit, cunctaque Legis ac Prophetarum volumina quae fuerant a gentibus corrupta correxit, totumque Vetus Testamentum in viginti duos libros constituit, ut tot libri essent in Lege quot habebantur et litterae. [3] Apud Graecos autem bibliothecam primus instituisse Pisistratus creditur, Atheniensium tyrannus, quam deinceps ab Atheniensibus auctam Xerxes, incensis Athenis, evexit in Persas, longoque post tempore Seleucus Nicanor rursus in Graeciam rettulit. [4] Hinc studium regibus urbibusque ceteris natum est comparandi volumina diversarum gentium, et per interpretes in Graecam linguam vertendi. [5] Dehinc magnus Alexander vel successores eius instruendis omnium librorum bibliothecis animum intenderunt; maxime Ptolomaeus cognomento Philadelphus²¹ omnis litteraturae sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisistratum aemularetur, non solum gentium scripturas, sed etiam et divinas litteras in bibliothecam suam contulit. Nam septuaginta milia librorum huius temporibus Alexandriae inventa sunt.

IV. DE INTERPRETIBUS.

[1] Hic etiam et ab Eleazaro pontifice petens Scripturas Veteris Testamenti, in Graecam vocem ex Hebraica lingua per septuaginta interpretes transferre curavit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit. [2] Siquidem singuli in singulis cellulis se-

21. Tolomeo II Filadelfo, re d'Egitto dal 283-282 al 246 a. C.

dagli eretici sotto il nome di profeti o, nel caso dei più recenti, sotto quello degli Apostoli, ma tutti, sotto il nome appunto di apocrifi, sono stati esclusi dall'autorità canonica in seguito ad un attento esame.

III. DELLE BIBLIOTECHE.

[1] La *biblioteca* deriva il proprio nome dal greco, in quanto luogo in cui si custodiscono i libri: in greco, infatti, βιβλίον significa *di libri*, e θήκη *deposito*. [2] Lo scriba Esdra, dopo l'incendio della Legge ad opera dei Caldei, quando i Giudei tornarono a Gerusalemme, toccato dallo Spirito divino, restaurò la biblioteca del Vecchio Testamento, correggendo tutti i volumi della Legge e dei Profeti che erano stati alterati dalle genti ed ordinando l'intero Vecchio Testamento in ventidue libri, così che il numero dei libri contenuti nella Legge fosse pari a quello delle lettere dell'alfabeto. [3] Presso i Greci, il primo a fondare una biblioteca si crede sia stato Pisistrato, tiranno d'Atene: tale biblioteca, ampliata dagli Ateniesi, fu poi trasferita in Persia da Serse, in seguito all'incendio di Atene, e, assai più tardi, portata nuovamente in Grecia da Seleuco Nicànore. [4] Da questo momento nacque negli altri re e nelle altre città di Grecia il gusto di procurarsi volumi scritti da genti diverse e di volerli in lingua greca grazie all'opera di traduttori. [5] A partire da allora, Alessandro Magno ed i suoi successori si dedicarono con zelo alla fondazione di biblioteche universali. Soprattutto Tolomeo, soprannominato Filadelfo²¹, acutissimo conoscitore di ogni letteratura, emulando Pisistrato nella passione per le biblioteche, riunì nella propria non solo opere profane, ma anche testi di carattere sacro: all'epoca di questo re, infatti, ad Alessandria si trovavano settantamila libri.

IV. DEI TRADUTTORI.

[1] Lo stesso Tolomeo Filadelfo chiese al gran sacerdote Eleazar le scritture del Vecchio Testamento, ed ebbe cura di farle tradurre dall'ebraico al greco da settanta traduttori e di custodirle nella biblioteca di Alessandria. [2] Se pure separati l'uno dall'altro, chiusi in camerette individuali, questi tradut-

*Isidoro di Siviglia, Etimologie o Origini, a cura di
A. Velastro Canale, 1, Torino 2004, pp. 478-483.*

parati ita omnia per Spiritum sanctum interpretati sunt, ut nihil in alicuius eorum codice inventum esset quod in ceteris vel in verborum ordine discreparet²². [3] Fuerunt et alii interpretes, qui ex Hebraea lingua in Graecum sacra eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus et Theodotion²³, sicut etiam et vulgaris illa interpretatio, cuius auctor non apparet et ob hoc sine nomine interpretis Quinta Editio²⁴ nuncupatur. [4] Praeterea sextam et septimam editionem Origenes miro labore reperit, et cum ceteris editionibus comparavit²⁵. [5] Presbyter quoque Hieronymus trium linguarum peritus ex Hebraeo in Latinum eloquium easdem Scripturas convertit, eloquenterque transfudit. Cuius interpretatio merito ceteris antefertur, nam [est] et verborum tenacior, et perspicuitate sententiae clarior [atque, utpote a Christiano, interpretatio verior].

V. DE EO QUI PRIMUM ROMAM LIBROS ADVEXIT.

[1] Romae primus librorum copiam advexit Aemilius Paulus, Perse Macedonum rege devicto²⁶; deinde Lucullus a Pontica praeda²⁷. Post hos Caesar dedit Marco Varroni negotium quam maximae bibliothecae construendae. [2] Primum autem Romae bibliothecas publicavit Pollio²⁸, Graecas simul atque Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de manubiis magnificentissimum instruxerat.

22. Secondo la tradizione, conservatasi nella *Lettera di Aristeo* - falsificazione risalente al II secolo d. C., conosciuta ed utilizzata da Filone e Giuseppe Flavio -, Tolomeo II Filadelfo, dietro consiglio di Demetrio Falereo, uomo politico e scrittore ateniese, avrebbe chiesto al gran sacerdote Eleazar l'invio di 72 dotti ebrei, sei per ognuna delle tribù d'Israele, i quali, riunitisi nell'isola di Faro, avrebbero tradotto l'Antico Testamento in 72 giorni. In realtà, la tradizione dei Settanta, che ebbe influenza decisiva su tutte le versioni posteriori dell'Antico Testamento, è opera di differenti mani e criteri, compiuta all'incirca tra il 250 ed il 150 a. C.

23. Cfr., *supra*, V, 39, §§ 22-29-30 e nota.

24. Si è pensato ad un riferimento alla *Itala*, o *Vetus Latina*, versione latina anteriore alla *Vulgata* di San Girolamo.

25. San Girolamo, nella prefazione alla propria traduzione delle omelie di Origene, narra come quest'ultimo abbia rinvenuto la quinta edizione sulla spiaggia di Atene, e la sesta e la settima all'interno di botti.

26. Lucio Emilio Paolo, console, sconfisse Perseo, ultimo re macedone, il 21 di giugno dell'anno 168 a. C. nella località di Pidna, in Macedonia.

27. Lucio Licinio Lucullo (106-57 a. C.), console nell'anno 74 a. C., procon-

tori lavorarono guidati dallo Spirito Santo in modo che in nessuno dei loro codici si è potuto trovare un qualche disaccordo, nemmeno nell'ordine delle parole²². [3] Vi furono anche altri traduttori, che volsero le Sacre Scritture dalla lingua ebraica alla greca, come Aquila, Simmaco e Teodoziona²³, come pure esiste una celebre traduzione *vulgaris*, ossia *in lingua corrente*, di autore ignoto e quindi, in mancanza del nome del traduttore, conosciuta come *quinta edizione*²⁴. [4] Oltre a queste, Origene, con sforzo mirabile, trovò una sesta ed una settima edizione che mise a confronto con le altre²⁵. [5] Anche il presbitero Girolamo, profondo conoscitore di tre lingue, tradusse le Sacre Scritture dall'ebraico in latino, realizzando una versione eloquente: la sua traduzione è a ragione preferita a tutte le altre, poiché [è] più sicura nella scelta delle parole e più brillante per la chiarezza della costruzione [nonché, in quanto opera di un cristiano, di maggior fondamento per quanto riguarda l'interpretazione del testo].

V. DI COLUI CHE PER PRIMO PORTÒ LIBRI A ROMA.

[1] Il primo che portò a Roma gran numero di libri fu Emilio Paolo, in seguito alla vittoria riportata sul re macedone Perseo²⁶; quindi Lucullo, come parte del bottino della guerra Pontica²⁷. Dopo costoro, Cesare affidò a Marco Varrone la costruzione di una biblioteca che doveva essere la più grande possibile. [2] Il primo ad aprire a Roma una biblioteca pubblica fu Pollione²⁸: la dotò di libri tanto greci quanto latini, ponendo immagini dei vari autori nel grandioso atrio che aveva edificato con il denaro ricavato dalla vendita dei propri bottini.

sole della Cilicia, condusse le operazioni militari contro Mitridate, re del Ponto, sul quale riportò numerose vittorie. Preparata una spedizione contro l'Armenia, fu richiamato a Roma nell'anno 66 a. C. È divenuto proverbiale il suo gusto per il lusso.

28. Gaio Asinio Pollione (76 a. C.-4 d. C.), letterato ed uomo politico, combatté nell'esercito di Cesare in occasione della guerra civile contro Pompeo. Divenuto console nel 40 a. C., ottenne un trionfo sui Dalmati nel 39 a. C., ma decise di ritirarsi dalla scena politica per dedicarsi alla cultura: è autore di una storia delle guerre civili in 17 libri, oggi perduta.

VI. QUI APUD NOS BIBLIOTHECAS INSTITUERUNT.

[1] Apud nos quoque Pamphilus martyr, cuius vitam Eusebius Caesariensis conscripsit, Pisistratum in sacrae bibliothecae studio primus adaequare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope triginta voluminum milia habuit. [2] Hieronymus quoque atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe quaerentes ordine persecuti sunt, eorumque studia in uno voluminis indiculo comprehenderunt.

VII. QUI MULTA SCRIPSERUNT.

[1] Marcus Terentius Varro apud Latinos innumerabiles libros scripsit. Apud Graecos quoque Chalcenterus²⁹ miris attolitur laudibus, quod tantos libros ediderit quantos quisque nostrum alienos scribere propria manu vix possit. [2] De nostris quoque apud Graecos Origenes in scripturarum labore tam Graecos quam Latinos operum suorum numero superavit. Denique Hieronymus sex milia librorum eius legisse fatetur. [3] Horum tamen omnium studia Augustinus ingenio vel scientia sui vicit. Nam tanta scripsit ut diebus ac noctibus non solum scribere libros eius quisquam, sed nec legere quidem occurrat.

VIII. DE GENERIBUS OPUSCULORUM.

[1] Opusculorum genera esse tria. Primum genus excerpta sunt, quae Graece scholia nuncupantur, in quibus ea quae videntur obscura vel difficilia summam ac breviter praestrunguntur. [2] Secundum genus homiliae sunt, quas Latini verbum appellant, quae proferuntur in populis. Tertium tomi, quos nos libros vel volumina nuncupamus. Homiliae autem ad vulgus loquuntur, tomi vero, id est libri, maiores sunt disputationes. Dialogus est conlatio duorum vel plurimorum, quem Latini sermonem dicunt. Nam quos Graeci dialogos vocant,

29. Letteralmente, «dalle viscere di bronzo», soprannome meritato dal grammatico alessandrino *Didimo*, attivo nel I secolo a. C., in quanto autore di oltre 3500 opere di carattere vario, soprattutto esegetico e lessicografico. Il *corpus* di testi di Didimo ci è pervenuto solo in frammenti.

VI. CHI FURONO PRESSO NOI CRISTIANI I FONDATORI DI BIBLIOTECHE.

[1] Presso noi cristiani, il martire Panfilo, la cui vita fu narrata da Eusebio di Cesarea, cercò, prima di ogni altro, di eguagliare Pisistrato, ponendo tutta la propria passione nell'allestimento di una biblioteca di libri sacri: custodi infatti nella propria biblioteca quasi trecento volumi. [2] Anche Girolamo e Gennadio collezionarono opere di scrittori ecclesiastici, acquistandole in ogni parte del mondo e raccogliendone poi delle sintesi in un breve catalogo che occupa lo spazio di un volume.

VII. DI COLORO CHE SCRISSERO NUMEROSI LIBRI.

[1] Tra i Latini, Marco Terenzio Varrone fu autore di innumerevoli testi. Anche il greco Calcentero²⁹ ha meritato l'onore di lodi straordinarie per aver composto tanti libri quanti ciascuno di noi potrebbe a stento copiare di sua propria mano. [2] Tra i cristiani, Origene, anch'egli di lingua greca, superò con la propria opera di scrittore tanto i Greci quanto i Latini per il gran numero di testi composti: Girolamo dice di aver letto seimila libri di questo autore. [3] Tutte le opere degli autori ora ricordati, tuttavia, sono superate in profondità e sapere da quelle di Agostino: questi, infatti, scrisse un numero così grande di testi che, pur lavorando giorno e notte, non sarebbe possibile non solo trascriverli, ma certo nemmeno leggerli.

VIII. DEI DIFFERENTI GENERI DI OPUSCOLI.

[1] Esistono tre generi di opuscoli. Il primo è quello degli *estratti*, chiamati in greco *scolii*, in cui si espongono, per sommi capi e sinteticamente, i passi oscuri di un testo. [2] Il secondo genere è costituito dalle *omelie*, chiamate in latino *verba*, propriamente *parole*: si pronunciano in pubblico. Il terzo genere è quello dei *tomi*, che noi chiamiamo *libri* o *volumi*. Le omelie si espongono dinanzi al popolo, i tomi, invece, cioè i libri, sono dissertazioni di maggior spessore. Si definisce *dialogo* il confronto di due o più persone: i Latini gli danno il nome di *sermo*, il che significa *conversazione*, e, di fatto, quelli che i Greci deno-